Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



79 81

Transtulit austrum de celo: et induxit in
virtute sua affricum Et pluit super eos si
cut pulverem carnes: et sicut arenam ma
ris volatilia pennata Et ceciderunt in
medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum
Et manducaverunt et saturati sunt nimis:
et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraus
dati a desiderio suo Adhuc escae eorum erant
in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos Et
occidit pinguiores eorum electos israel impe
diunt In omnibus his peccaverunt adhuc:
et non crediderunt in mirabilibus eius Et de
fecerunt in vanitate dies eorum: et annos eorum
cum festinatione Cum occidebat eos que
rebant eum: et revertebantur et diluculo ve
niebant ad eum Et rememorati sunt
quia deus adiutor eorum est: et deus excelsus re
emptor eorum est dominio Et dilexerunt eum
in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei.